

DE SVCCINO

non vno in loco videre est. nam in Mi-
senæ celebri monte carbonum, qui
abest à Zuicca oppido passus duo mil-
lia quingentos, venam carbonum re-
perientes plerunq; ardere comperi-
unt: ubi carbones quo signis absunt,
terra in caminos incidente, extincti
in nigrum puluerem mutantur: qua-
lis etiam videtur esse qui ultra Nigrū
fluuium est per solitudines, quod ex
eo emineant exustę cautes, quod Sue-
tonium Paulinū prodidisse autor est
Plinius. Scribit quoq; præstantissi-
mus philosophus Georgius Agrico-
la, ardere partim igne subterraneo car-
bones fossiles in ea Britanniæ siue Al-
bionis parte, quam à Scottis Germa-
nis, qui in insulā immigrarunt, Scottiā
appellamus, effodi advigesimū lapidē
ab Edinburgo in loco Ericeti Deiser-
tij, quē areā carbonū nominat. Sic etiā
Ardés collis, dictus ita quod quondā
arserit, tale bituminis gen⁹ nobis sup-
peditat: situs is est inter pagū Culmā

&